

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Presumptio i  
cum fonte primo

Presumptuosus

primus in conuentibus residet, in consiliis primus respondet. Non uocatus accedit, non missus se intromittit. Reordinat ordinata, reficit facta. Quicquid ipse non fecit aut ordinauit, nec recte factum, nec pulchre aestimat ordinatum. Iudicat iudicantes, preiudicat iudicaturis. Si, cum tempus aduenerit, non promoueatur ad prioratum siue in abbatem, aut inuidum iudicat aut deceptum.

Bernardus de XII gradibus humilitatis.

Qui enim alios se praecellere putat, quomodo plus de se quam de aliis non praesumat?

Primus in conuentibus residet, in consiliis primus respondet; non uocatus accedit, non iussus se intromittit; reordinat ordinata, reficit facta.

Quicquid ipse non fecerit aut ordinauerit, nec recte factum, nec pulchre aestimat ordinatum. Iudicat iudicantes, praeiudicat iudicaturis. Si, cum tempus advenerit, non promoueatur ad prioratum, suum abbatem aut inuidum iudicat, aut deceptum.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gradibus humilitatis et superbiae*, 44 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.50, ll.8-14).